



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

pro Catechumenis & resipiscentibus. 126

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

vndique turbas conciret, quibus
 cæpta eorum consilia eluderet:
 occupandum sibi illius conatum
 duxit I G N A T I V S: vltroque in
 aciem prodire, ac bellum ei face-
 re maturauit: & quantum ille
 mentiendo niti; tantum ipse pro
 vero ac bono propugnare. 124 I-
 gitur præter multarum rerum o-
 nera, quibus succumbere quan-
 tiuis humeri potuissent: insuper
 ad hoc serio incubuit, vt flagitia,
 si quæ irroborârant, vrbepelle-
 rentur: curauitque illorum vicem
 præclara scita virtutibus inferen-
 dis fieri. Quemadmodum fuit,
 ne quis medicinam ægris prius
 faceret, quàm piaculari se con-
 fessione lustrassent: ex edicto In-
 nocentij III. 125 Tum præterea,
 vt ædes conderentur, quò rece-
 ptum haberent, si qui de Iudæis
 aut barbaris ad Christum tran-
 scribi vellēt. 126 Nec non & Col-
 legium

bus
ret:
cum
e in
ace-
ille
pro
4 I-
no-
tan-
aper
itia,
elle-
cem
ren-
fuit,
rius
con-
In-
rea,
ece-
dæis
ran-
Col-
gium

legium illi se debet, quod S. Ma-
riæ, à gratia dictæ, dedicatum, iis
fœminis bono est, quas vel à viris
diuertentes libido traxit: vel qui-
bus corpora quæstum fecêre: do-
nec in fidem à maritis receptæ,
aut nuptui datæ, periculum pu-
doris mutassent. Illamque rem
tanti esse censuit, vt hoc genus
mulierculas, iam è probro asser-
tas, ipsemet in omnium ore, ad
illud Castitatis asylum perducta-
ret; oblitus ætatis atque auctori-
tatis suæ, neque quam provin-
ciam gereret attentus. Aiebant
hâc eum aliqui operam perdere,
quando illiusmodi mulierculis
promptum foret, in consuetudi-
nem relabi, & è quorum scele-
rum peste vix dum eductæ essent,
eodem mox præcipitari. Quibus
ille, placidè renitens, nequaquã
actum se agere, respondit. Nam
vbi hoc me, inquit, labore frege-